

(X-199/897)

Ye
3697

Carmina Gratulatoria
IN
HONOREM HONESTI, PIETATE, VIRTUTE,
ATQVE ERUDITIONE PRAESTANTIS IUVENIS Dn: VITITREVV Hohenbacensis Franci,
cū ipsi unā cum alijs XLVII. Candidatis insignia
MAGISTERII in celeberrima Vvitebergensium
Academia, sub Magnifico Domino Rectore
M. I. OHANNE HAGIO Vvitebergensi Mathe-
maticum P. P. à Spectabili & Clarissimo viro Dn.
VVOLFGANGO FRANZIO PLAVENSE
S. S. Theol. L. & pro tempore Ampliss. Collegij Philo-
sophici Decano publicā solennitate XI. Calend.
Octobris, Anno M. D. XCVI. decer-
nerentur ab amicis
scripta.



1514. 2468 3 292
VVITEBERGAE 1596

Excudebat Iohannes Dörffer typis Cratonianis.



reuerendo pietate virtute atq' eruditā doctrinā excellent.
Viro Dño M. Abdia Vvicknero Onoldinae Concionato-
ri amico fideliss. Dño ac Patrono suo summa
obseruantia colendo reuerentia ergo dabat
M. Vitus Treu Junior



CHRONOLOGICA
Annum, mensem, diemq; hujus
Magisterij continentia.

Septembris LV Ces VI g Intl Vbi f Crisps It & Vnas:
Flt CLarlâ La Vr V, Vl te, Corona Ibl.

In Salvatore Requies Perpetua.

ALIVD.
Septembris ter septenos Vt præb Vlt ort VS:
Vlt Vs, lo, tlt VLI ga VDet honore no VI.

Nulla Laus Segnitiam Sequitur.





VOTVM PATERNVM

pro Filio.

Suscipias veri decus immortale **MAGISTRI**,
VITE Senectutis nostræ spes atque levamen,
 Quod tibi nunc Musæ, & tell⁹ Vuitebergica cōfert,
 Glorior, exultansque manum tibi præbeo fida m:
 Et supplex **CHRISTVM** precib⁹ venerarier insto,
 Ut regat & ducat semper te Flamine sancto;
 Vox sis salvificæ fidei veræque salutis;
 Nestoris & numeres annosi tempora sospes.

M. Vitus Trevv Senior Pastor in Oberdachstetten.

ALIVD.

Cur tibi, **VITE** animæ nostræ pars, docta Minerva
 Pompâ solenni præmia tanta dedit?
 In promptu causa est; passus quia multa labore es,
 Ac perlustrasti sedulus usque libros.
 Gratulor ergo tibi meritò nunc læta brabea:
 Ascræi & vincas secula longa precor.
 Iohannes V Vilhelmus TreVV Boxbergensis Palatinus
 Fratri suo cariss. faciebat.

ALIVD.

Nomine perpulchro gaudes, doctissime **VITE**:
 In quo, quid dubites, omen inesse bonum?
 Diceris haud frustra bello cognomine **FIDVS**.
 Aedepol hoc cum **RE** nomen adeptus habes.
 Quid tibi namque fide prius aut antiquius unquam,
 Ducere dum vitam fata dedere, fuit?
 Tu superis **FIDVS**, **FIDVS** mortabilibus ægris,
FIDVS es & Musis: **FIDVS VBIQUE** manes.

A 2

Namque

Na nque D E V M semper coluisti pectore fido ;
 Necdum te (novi) pœnitet esse pium.
 Sic homines etiam coluisse fideliter instas ;
 Nec quæquam technis fallere cura tibi.
 Te juvat & varias didicisse fideliter artes ;
 Nec doctas Musas te coluisse piger.
 Quid verbis opus est ? Te rebus in omnibus esse
 F I D V M , quis dubitat ? Res satis ipsa docet.
 Nam quia tu fidei studio constanter adhæres ,
 Diui, homines , Musæ præmia multa ferunt.
 Cur adeò egregiæ diuorum munere dotes
 Mentis concessæ sunt tibi , V I T E pie ?
 Cur adeò D E V S ingenium tibi contulit acre ?
 In promptu causa est : Fidus es atque pius.
 Cur tibi tam faciles homines sunt tamue benigni ?
 In promptu causa est : Fidus es atque pius.
 Cur variâ Musæ te cognitione beârunt ?
 In promptu causa est : Fidus es atque pius.
 Cur VViteberga gradum gestit conferre M A G I S T R I ?
 In promptu causa est : Fidus es atque pius.
 Ex his perspicuè , non saltem N O M I N E D I C I
 Te fidum , verum R E simul ESSE , liquet.
 Ergo M A G I S T E R H meritò , me Iudice , confert
 Pro sudore tuo Leuoris alma gradum.
 Semper enim summo (do tuis nihil auribus hercle.
 Quid quæso lucris sit mihi falsa loqui ?)
 Manè , inquam , summo liquisti strata repente ;
 Versastique manu nocte dieq; libros.
 Idcirco , quo iam decoraris , dignus honore es ,
 Doctrinæ solidæ qui nota certa tuæ ;
 Hunc verus vero tibi grator amicus amico
 V I T E , Medusæi portio magna chori.
 Vt verò elapso mansisti tempore fidus ;
 Sic in eâ posthac , V I T E , maneto fide.

Te

Te decet inprimis operam dare, ut omnia cedant
Ad laudem veri dona tributa DEI.
Deinde tuæ patriæ, simul atque parentibus, illa,
Nec non cognatis, utilia esse, stude.
Vt breviter dicam; te, re poscente, FIDELIEM
Omnibus, inprimis convenit esse tuis.
Præterea caveas rogo rumpere propter honores
Inceptum nostræ foedus amicitiae.
Quod superest tandem, studiis ardentibus opto,
Vt numeres vitæ tempora longa tuæ.

Jeremias Iunckerus Geroltzofius
Francus.

ALIVD.

Diversos diversa juvant: non omnibus unus
Est animus: pulchrum cuilibet usque suum.
Hunc juvat extremum, ventis famulantibus, orbem
Visere, quâ mare, per possumus ire, rate.
Quâ rutilans Phœbus populos despectat Eëos:
Quâ Tartessiacò mergitur atque vado:
Quâ Cynosura niter: & qua contrarius axis
Vertice pendentes aspicit Antipodas:
Vt sibi divitias, pretiosum colligat atque
Aurum, quod dives parturit unda Tagi.
Hunc juvat, Ascræus ceu testis, matris amicæ
Viginti calido lustra latere sinu.
Hic sequitur, tenuis commotus amore lucelli,
Agmina belligeri sanguinolenta DEI.
Hunc delectat equus campos hinnitibus implens
Ac quatiens sonitu quadrupedante solum,
Huic canis arridet summis in saltibus apros
Insectans, vulpes, carnivorosque lupos.
Gaudet opus durum sub sole urgere colonus;
Donec in Oceanum sidera prona cadant,

At mihi præ reliquis melius sapuisse videntur ,
 Rectius ac rebus consuluisse suis ;
 Vnguibus à teneris , quibus isthæc vita probata ,
 Quæ colit Aönidas Laurigerumque DEVM.
 Et benè : namque manent hos præmia , tempore nullo
 Quæ pereunt : horum nomen & arte viget,
 Donec Olympiaco fulgebunt fidera cælo :
 Dum Simôis rapidas in mare voluet aquas :
 Semper Aristotelis nomen laudesque Platonis
 Sunt mansura : sacer vivet & usque Maro.
 Cætera sed pereunt : sunt vana , caduca , vetustas
 Atque suas leges sub , cariola , vocat.
 Divitiæ quid enim sunt ? fumus , pulvis , & umbra :
 Fit citò namque Irus qui modò Cræsus erat.
 Hancce meam mentem VITVS satis una superque
 Approbat , ac huius dat documenta rei.
 Nam Clarijs arvis , teneræ sub flore iuventæ
 Luctatus , studijs incubuitque bonis.
 Halenses oræ Musarum castra sequentem
 Hunc videre , suis accubuumque libris.
 Est studij testis Schola Naumburgensis , aquosas
 Quâ quinas hyemes vivere cura fuit.
 Nec non illustris sedes VVITEBERGA novenæ
 Castalidum turbæ testis adesse potest.
 Namque bis absoluit donec Titanius orbem ,
 Ac toties strinxit turgidus Albis aquas.
 Hac sacrae studio Sophiæ noctesque diesque
 Invigilans didicit dogmata docta Sophum.
 Inde novos titulos nomenque celebre Magistri
 Huic defert Clarij duxque paterque chori.
 Hosce novos igitur titulos nomenque MAGISTRI
 SENNERVS grator pectore , FIDE , tibi.
 Quàm bene , FIDE tuum nomen RE convenit ipsa ?
 Quàm verè FIDI nomen & omen habes ?

Sedu-

Sedulitate, fide, sequeris dum castra novenæ
Turbæ, quò volites docta per ora virum.
Et siquidem mecum te fata manere recusent,
Francica sit tellus atque adeunda tibi:
Perge bonis auibus, patriosque revise Penates
Incolumis, sacro concomitante choro.
Vive, valeque tui memor usque MAGISTER, amici
SENNERI, FIDI ceu memor ille fui.

Iohannes Sennerus Redvicensis
PalatinEgranus.

ALIVD.

Vite sacris postquam lavisti pectora Lymphis,
Per quas ad summos scandis honore gradus:
Iuncta tuæ dextræ servavi fœdera linguæ,
Mentis ne fierent irrita vota tuæ.
Te claras artes coluisse & scripta Sophorum,
Læta MAGISTERII prædicat hora tui.
Veri te titulum studijs nactum esse MAGISTRI,
Urbs hæc ad patriam personat usque tuam.
Sedulus excelsi didicisse & verba tonantis;
Id Musæ referunt, id quoque dogma probat.

Fontis Castalij nectar te hausisse sacratum,
Doctorum hoc monstrat tota caterva virum.
In ludo Sophiæ quoniam fundamina calles,
Ipse tuum cingit Phæbus honore caput.
Decerpitos flores Musæ date olentis Anethi,
Inque mei VITI spargite quæso viam.
Esto animo fido, postquam tibi fidus Apollo
Attulit ex puris docta brabea Sophis.
Lætetur populus Patriæ, lætentur & arva,
Instructum Sophicâ quòd capit arte Virum
Ite

I te ergo charites, pariter Bryadesque puellæ,
Et fertis Iuvenis condecorate comas.
Suscipe nunc placide carmen rogo, docte Magister,
Oblatum ex vena pauperiore tibi.

Thomas Eubnerus Leopschützenſis
Sileſius.

ALIVD.

Sic his, ſic alijs viſum: ſua quemque voluptas
Pertrahit; ut cantat nil, niſi grande, Maro.
Namque armis alij patulo concurrere campo
Summa putant: alij ſubdere calcar equis.
Pluribus in vitâ nihil eſt acceptius unquam,
Plurima quam canibus cingere luſtra feris.
Tu nihil illorum curas, doctiſſime VITE;
Vitæ namque aliô te rapit hora tuæ.
Maius opus reputas Parnaſſi ad iſſe cacumen;
Majus opus, Muſis invigilaſſe ſacris.
Prævia ſic VIRTUS tibi fert ſua præmia, VITE,
Dum ſumina ornaris laude MAGISTER II.
Sic decorant Muſæ; ſic fautor & author Apollo,
Quos ſtudio claros, ingeniumque facit.
Ergo VITE tibi toto de pectore honorem
Gratulor: & lætus ſingula fauſta precor.
Fac ſanctè vivas, ſectans veſtigia Patris,
Et Patriæ præſtes commoda multa tuæ.
Hæc mea Muſa dedit (placeat modò languida) VITE,
Et ſua, quo voluit, gaudia reſte probat.

Rochus Meiſterus VVinshe-
mius Fr.

ALIVD.

Phæbe

P Hæbe veni, sed laurigeris comitate Camænis:
 Nec pudeat nostræ tecta subire Scholæ;
 Dum festiva tuæ peraguntur gaudia lucis:
 Et cuncti Aōnidum nomina voce sonant.
 Huc agè devinctus viridanti tempora lauru,
 Huc age cum Cithara, carminibusque veni,
 Namque tuæ qui militiæ sunt signa secuti,
 Numinaque Aōnij qui coluere chori,
 Præmia, quos varios exanrlauere, laborum,
 Et studij repetunt digna tropæa sui.
 Quæ nisi tu præsens, Musis comitantibus, illis
 Contuleris, alio non tribuente ferent.
 Ergo ne qua mora illorum fiet obvia laudi:
 Neve illis meritis fortè negetur honos:
 Phœbe ades, & viridî nectens de fronde corollam
 Cinge, prout quisque est cultus ab arte, comas.
 Ignavosque procul castris removeto tuorum:
 Nec tua desidiæ præmia turba ferat.
 Nomina nam laudum, titulosque merentur honorum,
 Non quorum ignavus pectora torpor habet,
 Tempora sed studijs qui addunt nocturna diurnis,
 Et curâ Musas fervidiore colunt.
 Qualis adest V I T V S, qui seu sol aureus orbem,
 Seu vaga nocturnis Cynthia lustrat equis,
 Divini assidue volvit monumenta Platonis,
 Et quæcunque alij scripta dedere Sophi.
 Aurea at inprimis, quæ multo præditus usu
 Doctrinaque potens scripsit Aristoteles,
 Nocturnâ versare manu, versare diurnâ
 Ingenij assuevit dexteritate sui.
 Inde Sophistarum contortos solvere nodos,
 Falsisque abjectis prendere vera valet.
 Gaudet & occultas naturæ inquirere vires:
 Et procul â vulgo condita mente sequi.

Præterea virtus quid sit, quibus illa parari
 Artibus, & rectè possit ut inde coli,
 Novit: & astriferi scrutatus sidera cœli,
 Quid ferat Orion; quid Cynosura notet;
 Et cur Luna suos amittat sæpè nitores;
 Curque suas Phoebus flectat ab orbe faces;
 Cur pluvias Hyades signent, benè callet ad vnguem:
 Vnde tremor terris, & sonus vnde mari.
 Iccirco meritò *VITVS* tua munera, Phœbe,
 Poscit, & hinc studij præmia digna petit.
 Nam velut alma venus Cerere atque orbata Lyæo
 Friget, & in vacuo non cubat illa thoro:
 Sic nisi honos artes alat, & sua præmia virtus
 Obtineat, vires perdit & ipsa suas:
 Musisque expulsis tandem revocata barathro
 Horrida Barbaries tollit ad astra caput.
 Ergo agè Phœbe tuo Cultori debita confer
 Præmia, condecorans fronde virente comas.
 Sic non ulla tuas abolebunt secula laudes;
 Nec deerit castris miles, Apollo tuis.
 Quin tua se latis diffundet gloria campis,
 Non licèt obscuro, sit posita antè loco.
 Illa tamen *VITI* magè carmine nota feretur:
 Franciacoque tuum crescet in orbe decus.
 Nicolaus Largus Strelensis
 Silesius.

ALIVD.

Visquis amat Musas, certò redamatur ab illis,
 Hujus, *VITE*, rei testis es ipse mihi.
 Nam *TV* sectatus doctarum castra fuisti
 Mularum summâ sedulitate diu.
 Nunc decorant Musæ dignâ te laude *MAGISTRI*,
 Et faciunt clarum nomen in orbe tuum.
 Gratu-

Gratulor ergo tibi : & divinum numen adoro ,
Vt vivas Pylij tempora longa senis

Sebastianus Flürnerus Vvins-
hemius Fr.

ALIUD.

IVVENIS ET THALIA.

IV. Vnde Thalia venis? THA venio ex Helicone. IV. negoti
Quid tibi? THA L: Præcingam ut viridanti tempora VI T I
Lauro. I V: Quis iussit? THA: Grynæus. I V. qua ratione?
TH: Quod VI T V S dulces tanquam vindemitor Vvas
Vineto ex nostro collegit. IV. Quas mihi dicis
Vvas : TH: Hæ nescis? I V: Quia non sum callidus alter
Oedipus. THA: Nempe illas, varias cognoscere rerum
Quæ faciunt causas. I V: Doctæ sunt forsitan artes?
TH: Sunt I V: Igitur VI T V M vestrum decorare clientem
Vade bonis avibus. TH: Iuvenis vale, vive, labora.

Petrus Vnderheil Vvillansdorff.
Mishnicus.

ALIUD.

O nimium felix, cui præmia digna feruntur,
Præmia, quis oberit neque mors neque tarda vetustas.
Propterea felix nunc es, doctissime VI T E,
Suavia dum tribuunt faciles tibi dona Camænæ,
Nempe Magisterij mitram gemmamque nitentem,
Et quæcunque viris debentur jura politis.
Hæc ne tu mea Musa file; sed glaude MAG I S T R O,
Dicque: Valentinus collato paudet honore:
Optat & ut patri, patrijs sit & utilis oris:
Atque illum claris extendere nomina factis;
Longævi que dies Pylij superare, precatur.

Valentinus Thomæ Lobensteinensis
Variscus.

ALI.

27e

3697


ALIVD.

AK

FIDVS, ne vivam, cultor nunc VITE vocandus
Pieridum. At memorem? Res satis ipsa docet.
Illæ etenim tibi FIDÆ ac est tibi FIDVS Apollo;
Necitur hinc fronti pulcra corolla tuæ.
Optatas cape delicias, meritam cape laurum,
Claris hac potis es dote placere viris.
In vita VITVS mancas, in munere FIDVS:
Sic, non ficta cano, dona magè ampla feres.

Paulus Thilo Cygneus
Misnicus.





(X-199/1897)

Ye
3697

Carmina Gratulatoria
IN
HONOREM HONESTI, PIETATE, VIRTUTE,
ATQVE ERUDITIONE PRAESTANTIS IUVENIS Dn: VITITREVV Hohenbacensis Franci,
cum ipsi una cum alijs XLVII. Candidatis insignia
MAGISTERII in celeberrima Vvitebergensium
Academia, sub Magnifico Domino Rectore
M. IOHANNES HAGIO Vvitebergensi Mathe-
maticum P. P. à Spectabili & Clarissimo viro Dn.
VVOLFGANGO FRANZIO PLAVENSE
S. S. Theol. L. & pro tempore Ampliss. Collegij Philo-
sophici Decano publicâ solennitate XI. Calend.
Octobris, Anno M. D. XCVI. decer-
nerentur ab amicis
scripta.

Ye 3697



1514. 2468 1592
VVITEBERGAE 1596

Excudebat Iohannes Dörffer typis Cratonianis.



reuerendo pietate virtute atq' eruditâ doctrinâ excellent.
Viro Dño M. Abdia Vvicknero Onoldinae Concionato-
ri amico fideliss. Dño ac Patrono suo summa
obseruantia colendo reuerentia ergo dabat
M. Vitus Treu Junior